

Wf  
1725

III, 16.

2. 16.

III, 16.



DE  
SVMMS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE  
IN. REM. ALTENBVRGENSIVM. SCHOLASTICAM  
MERITIS  
PROGRAMMA. XV

---

QVO  
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
DOMINI  
**FRIDERICI. III**

DVCIS. SAXONIAE  
IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. QVOQVE. ET  
WESTPHALIAE. LANDGRAVII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE  
PRINCIPIS. COMITIS. HENNEBERGAE. COMITIS. MARCAE. ET  
RAVENSBERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINII  
ET. TONNAE

PRINCIPIS. AC. DOMINI. NOSTRI  
LONGE. CLEMENTISSIMI  
PATRIS. PATRIAE. OPTIMI  
VITAE. IPSIVS. EXOPTATISSIMAE  
ANNO. SEPTVAGESIMO. FELICISSIME. EXACTO

**NATALIS. FAVSTISSIMVS**

D. VII. KAL. MAI. 1813. CCLXIX.

REVERSVS  
PVBBLICA. PIAQVE. GRATVLATIONE  
CRAS  
AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. III  
IN. ILLVSTRI. FRIDERICIANO GYMNASIO.  
CELEBRANDVS. INDICITVR

ET  
PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. GENEROSISSIMI. ILLVSTRES  
MAGNIFICI. MAXIME. VENERABILES. AMPLISSIMI. AVLAE. ATQVE. VR  
BIS. HVIVS. PROCERES

**MAECENATES**  
CVRATORES. GYMNASII. GRAVISSIMI  
RELIQVI. REL. SCHOLASTICAE. FAVTORES. O. O.

V T  
QVATVOR. PROBOS. INDVSTRIOS. ET. MODESTOS. SELECTAE  
CLASSIS. DISCIPVLOS  
PVBBLICE. VERBA. FACTVROS. ET. VOTA. NVNCVPATVROS  
INDVLGENTER. AC. BENEVOLE. AVDIANT

DEMISSE. DECENTERQVE. ROGANTVR  
A  
**M. IOANNE. GOTTFRIDO. MOERLINO**  
ILL. FRIDERICIANI. GYMNASII. DIRECTORE  
LATINAE. IENENSIVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO

---

ALTENBVRGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA



Septuagesimum aetatis inter innumera virtutum principalium ditinae  
que providentiae documenta feliciter et ad votum egresso annum  
SERENISSIMO. PRINCIPE. AC. DOMINO. DO  
MINO. FRIDERICO III. DVCE. SA  
XONIAE. IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. AN  
GRIAE. QVOQVE. ET. WESTPHALIAE. LAND  
GRAVIO. THVRINGIAE. MARCHIONE. MISNIAE. PRIN  
CIPE. COMITE. HENNEBERGAE. COMITE. MARCAE. ET  
RAVENSBERGAE. DYNASTA. RAVENSTEINI. ET. TON  
NAE. PRINCIPE. AC. DOMINO. NOSTRO. LONGE. CLE  
MENTISSIMO. PATRE. PATRIAE. OPTIMO. nostrum est, benefi  
ciorum, quae Deus O. M. hoc ipso anno in EVM et per EVM in nos contulit,  
magnitudinem grata mente celebrare eorumque longam continuationem precari.  
Tria praecipue pietati nostrae annum hunc laetum et memorabilem fecerunt. Se  
nectus ipsa fonte Ronneburgensium salutaris mirifice recreata, SERENISSIMI.  
HEREDIS. FILII ex regnis et regionibus exteris inoffensa valetudine reditus  
EIVSDEMque cum SERENISSIMA. OMNIBVSque GENERIS  
et SEXVS. SVI. ORNATISSIMA. VIRGINE. PRINCIPE. MEI  
NVNGENSI auspiciousimum connubium, quae eiusmodi fuit omnia, ut in  
gratissimi et viruperatione dignissimi futuri essemus, nisi hanc vberissimam gratulandi  
materiam offerentem occasionem amplecteremur et sollemne illud veterum, *quod*  
*bonum, faustum, felix fortunatumque sit*, praefaremur, vitam, salutem, connu  
bium, florem totius SERENISSIMAE. DOMVS. REGNATRIS et  
iam in illustri Gymnasio Fridericiano Deo publica gratulatione et piis votis com  
mendantes. Quod *die crastini, audita post meridiem hora tertia* facturis nobis,  
officii ratio exigit, ut Auditores huius diei officio splendorem adherentes paraturus  
materiam de *summis SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE*  
in *rem Altenburgensium scholasticam* meritis aliquoties iam a me tractari coeptam  
conti-

continuum praeceptoresque, in quibus vocandis DIVI FRIDERICI GVI  
LIELMI POSTVMI providentia enituit, commemorem.

Fuerunt illi TOBIAS. SEIFARTVS. et GEORGIVS. CRAVSERSV, Rectores,  
quibus reliquos collegas, eo, quo se tum exceperunt, ordine subiungam.

SEIFARTVS Leucopetrae natus anno c15 10 CVIII. patrem habuit Ioan-  
nem, primo quidem artificem, postea vero non infimi ordinis militem (a), cuius  
suasu Musarum castra Martii praetulit, Martisburgique recte atque ordine iactus  
studiorum fundamentis, Lipsiam initio concessit, incedendi arte animum excultu-  
rus (b), cui tamen proposito cum opes non sufficere intellexeret, mutato con-  
silio Lipsia senam se contulit et Theologiae studium amplexus, inprimis Io. Ger-  
hardum, Io. Himmelium et Io. Maiorem magni nominis viros audiuit, et, cum  
disputationibus contra Io. Marq. Leonem Pontificium, inclaruisset, BERTRAMO  
et FACIO, viris de re publica Altenburgensium praeclare meritis curantibus, di-  
gnissimum Iosepho Claudero, e schola in Ecclesiam translato, successore datus, an-  
no c15 10 CXXXIV. d. V. Kal. Maii, teste scheda, eorum, qui *Altenburgensem*  
*scholam docuerunt, quotquot antiquitus inquiri potuerunt, nomina* indicante, Re-  
ctoris munus suscepit, cui cum per decem annos praefuisset, Coburgum, vt  
Superintendens Generalis et Gymnasii Professor primarius (c) esset, vocatus,  
anno c15 10 CXLIV profectus, d. V. Kal. Iulii Theologiae Doctor creatus, et  
fidem faciente scheda iam a me commemorata, heic, d. V. Kal. Octobr. ordinat-  
us est, Coburgumque abiit Nonis Octobr. Collegas habuit in schola postea  
M. CHRISTOPHORVM. HEMPELIVM Eulenb. ab anno c15 10 CXXXV, qui postea  
Pastor factus Ecclesiae Luccauiensium, d. VII. Id. Octobr. c15 10 CXLII,  
discessit. Hunc secutus est GEORGIVS. CRAVSERSV prid. Id. Octobr. eiusdem  
anni, de quo mox plura adferam, *Conrectores*. WOLFGANG. WINKLERVM Pe-  
gauiensem antea patriae vrbis Cantorem, anno c15 10 CXXXVI placide defun-  
ctum d. XVI. Kal. April. et MICH. SIEGELIVM Thumenf. Misa. antea Cantorem Tor-  
gaviae et Haynae, a d. VII. Id. Septembr. c15 10 CXXXVI, *Cantores*. Reliqua-  
rum Classium praeceptores indagare non contigit. Scripta SEIFARTVS, vt ad  
eum redeam, reliquit varia (d), Tabulas theologicas, Historiam vniuersalem di-  
dacticam Latino-graecam, Breuiarium biblicum, Tripartitam Compendii Hutte-  
riani anatomien, Encyclographiam studii theologi, Deum Endouelicum ex an-  
tiquis inscriptionibus in Lusacia repertis euolutum, cuius autor fuit Thomas  
Reinesius, Tyrocinium linguae Ebraeae schematicum, Conciones funebres, Ana-  
lysin iuris canonici cum praxi elenctica, Disputationes Gymnasias super dicta  
sacrae scripturae. Denique etiam Reinesii *Isophrasea* linguae Punicae publici iuris  
fieri fecit. Obiit d. IV. Id. April. c15 10 CLXV.

GEORGIVS. CRAVSERSV. Eisfelda-Francus lucem adspexit ipso Kal. Iulii  
die (e) c15 10 CXVI patre scholae apud Eisfeldenses moderatore, quo primo v-  
sus est praeceptore, inde Coburgum delatus, cum eximios in litterarum studiis pro-  
gressus fecisset, et iam disciplinis academicis tractandis maturus esset, pestilentiam,  
egeflatem, infirmam valerudinem aduersarias grauissimas expertus est ita, vt in pa-  
goda quodam (f) rudes pueros informando victum quaerere coactus fuerit. Ve-  
rum inde etiam, hostium aduentu, fugiens, senam tandem venit, ibique celebra-  
rimis doctoribus, Hortio, Stahlio, Sleugro, Dilherro, Gerardo, Himmelio, Ma-  
jori, Glastio indefessam dedit operam, philologiae praelertim et poeseos amantis-  
simus, in quibus singularem in modum excelluit, Poeta laureatus Caesareus post  
etiam ex merito creatus. Hic ante biennium iam Conrector factus, doctrina et  
docendi dexteritate nemini postponendus in Seifarti locum Rector scholae anno  
c15 10 CXLIV. surrogatus, munere magno omnium adplausu per sedecim an-  
nos administrato, Apoldam (g), deinde Eisenbergam Superintendentis dignitate  
ornatus, transiit, vbi prid. Kal. Iul. c15 10 CLXXX. in viuis esse desuit, variis  
ingenii

(a) FRIDER. GOTTH. GOTTER in Elo-  
giis, p. 52.  
(b) Conf. LEX. VNIV. T. XXXVI.  
(c) GOTTER in Elog. p. 52.

(d) Conf. LEX. VNIV. T. XXXVI.  
(e) Conf. LEX. VNIV. T. VI.  
(f) GOTTER l. c.  
(g) IDEM l. c.

ingenii atque eruditionis testibus scriptis post se relictis, in quo numero sunt Scintillae Tullianae h. e. elegantiarum latinarum promtuarium ex Cicerone collectum, Corollae poeticae, Horeclogia Christiana, Phosphorus seu Declaratio Graecarum vocum et phrasium sacrae scripturae N. T. ne quid dicam de variis ad varios, Sagittarium inprimis, litteris (*h*) non tamen publici iuris factis. In scheda supra commemorata nihil amplius de Eo legitur, quam, VIII. (Rektor) GEORGIUS. CRAYSERVS P. L. C. nuper Conrektor. Collegae tum fuerunt: M. MICHAEL. FLOESSER, Hallens. postea Pastor Tzchernizens. et M. MICHAEL. LIST ab anno CIO CLI. *Conrektores*. M. IO. HENR. DENNER, qui Pastor Goelniczenium vocatus, obiit, *Cantor*.

Reliquum est, vt illorum, qui *CRAS audita post meridiem hora III* pietatis nostrae et laetitiae interpretes prodituri sunt, nomina his, quae praefatus sum, subiungam. Sunt illi FRIDERICVS. AVGVSTVS. FRITSCHIVS *Altenb.* IOANNES CHRISTIANVS. VOGELIVS *Altenb.* IOANNES. FRIDERICVS. MOHRMANNVS *Altenb.* CHRISTIANVS. FRIDERICVS. LEONARDVS *Altenb.* omnes selecti ordinis discipuli.

IO. CHRISTIANVS. VOGELIVS, laudis ex virtute et industria adpetens, *SERENISSIMO. PRINCIPI. PATRIAE. PATRI OPTIMO* de feliciter superato anno aetatis septuagesimo demississime gratulabitur Oratione Latina.

IO. FRIDERICVS. MOHRMANNVS, bonae et compositae mentis adolescens, *salutem PRINCIPIS salutem esse populi* ostendet Oratione Germanica.

CHRISTIANVS. FRIDERICVS. LEONHARDVS, probitate, industria et modestia commendabilis, *ob SERENISSIMI PRINCIPIS. HEREDIS. FILII* exoptatissimum reditum *Fortunam Reducem* canet Oda Alcaica Latina.

FRIDERICVS. AVGVSTVS. FRITSCHIVS, virtutis via ad laudem adspirans, quique iam superiore anno pietatis in *PATREM. PATRIAE. OPTIMUM* documentum publice dedit, *iustam gaudio exsultandi causam* propter auspiciatissimum *SERENISSIMI PRINCIPIS. HEREDIS. FILII* connubium canet Carmine Germanico.

(*h*) IDEM I. C.



Handwritten text: *Hand*  
MF 1725. 40

Handwritten text: *VD 78*

ULB Halle 3  
006 753 418



Handwritten text: *10. 1.*







DE  
 SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE  
 IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM  
 MERITIS  
 PROGRAMMA. XV

QVO  
 SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
 DOMINI

FRIDERICI. III

DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. QVOQVE. ET  
 AVIL. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE  
 HENNEBERGAE. COMITIS. MARCAE. ET  
 AE. DYNASTAE. RAVENSTEINI  
 ET. TONNAE

AC. DOMINI. NOSTRI  
 E. CLEMENTISSIMI  
 PATRIAE. OPTIMI  
 VS. EXOPTATISSIMAE  
 VAGESIMO. FELICISSIME. EXACTO

FAVSTISSIMVS

KAL. MAII. 1815. CCLXIX.

REVERSVS  
 IAQVE. GRATVLATIONE

CRAS  
 POST. MERIDIEM. HORA. III

FRIDERICIANO GYMNASIO.  
 BRANDVS. INDICITVR

ET  
 ENTISSIMI. GENEROSISSIMI. ILLVSTRES  
 NERABILES. AMPLISSIMI. AVLAE. ATQVE. VR  
 S. HVIVS. PROCERES

ECENATES

GYMNASII. GRAVISSIMI  
 SCHOLASTICAE. FAVTORES. O. O.

VT  
 NDVSTRIOS. ET. MODESTOS. SELECTAE  
 LASSIS. DISCIPVLOS

FACTVROS. ET. VOTA. NVNCVPTVROS  
 ER. AC. BENEVOLE. AVDIANT

S. DECENTERQVE. ROGANTVR  
 A

OTTFRIDO. MOERLINO

CIANI. GYMNASII. DIRECTORE  
 SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO

ALTENBURGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA

